



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Appendix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Episcoporum, qui presentes aderant, communicato consilio, memoriam inter sanctorum de cetero fieri censemus, & anniuersarium ipsius diem solenniter celebrari constituimus. Vesta itaq; interest sic in S.R. E. obedientia & fidelitate persistere, & sic ei dignae devotionis obsequiis respondere, ut ampliori beati Petri & nostrâ gratiâ digni inueniamini. Datum trans Tiberim prius die idus Martij.

Appendix.

Nideralten-



Rope sub exordium huius vitæ fit mentio S. Gotthardi Abbatis Althahæ in Bauaria, qui postea ab Henrico Imperatore ad Episcopatum Hildesheimensem euectus est. Erat hic ob sanctitatem morumq; integritatem Imperatori charissimus etiam tunc, cum adhuc Abbatis officio in Bauaria fungeretur; quod cum aliunde liquet, tum præcipue ex septenis hisce Diplomatis, in gratiam Gotthardi Abbatis & emolummentum eius Monasterij, cui præsidebat, ab Imperatore datus: quæ iam olim ex vetustis membranis exscriptis, vir admodum reuerendus, eximius, ætate, eruditione & virtute commemorabilis, Doctor Georgius Lautherius ad D. Virginem Monachij Præpositus. Quæ hic ludiicere visum, tum quia vitam & res gestas sancti Imperatoris, sancti q; Abbatis & Episcopi illustrant, tum quia ad Bauaricas antiquitates spectant, tum deniq; quia præclara pietatis & liberalitatis exempla euulgare decet, piis ad imitationem, impensis ad cautelâ: Nam vel ex his satis superq; liquet, Henricum Regem & Imperatorem, non caluisse Lutherano vel Caluiniano genio, quia alioqui Ecclesiæ nō exstruxisset, sed destruxisset; nec eas amplissimis prouentibus dotasset, sed rapacibus vngulis expilasset, vt solet Lutheranus & Caluinianus alastor nec Monasteria condidisset, sed condita solo aquasset, &

Monachos ultra Moëtidem paludem ablegasset.



DIPLOMA